

τὸν ἀσκητὴρ ἀδελφῷ τοῦ μητρὸς ταυροφόρῳ σὺν διδύμῳ οὐδὲ περιλήπται στὸν διδύμοντος τοῦ ὄψεων

# SEXICON BIBLICVM, SACRAE PHILOSOPHIAE CANDIDATIS ELABORAS

tum, opus nuper recens natum, cum opportuna obscuriorum  
interim locorum explicatione. Per Andream Placum

Liber fr̄m sc̄te Ernās in dūsseldorf. Moguntinum.  
dīp ex parte fratris nostri Johannis clippelholt de wesalia.

Συγγνώμη πρωτοπείρω.  
Venia primum experienti. Nam  
Μωμόσαθαι πάντα φῶν δῖ, καὶ μημόσαθει.  
Cauillari omnia promptius est, quam æmulari.

Cum Indice locupletissimo.



COLONIAE, ex officina Melchioris Nouesiani.  
Anno Domini M. D. XXXVI.

Cum priuilegio Cæsareo ad Sexennium.



CAD BIBLON Ἀποστοφι.

**I** liber intrepidus totum spaciare per orbem.  
Grata salutares aura dabit Zephyros.  
Excipiet iam Rhoma tuos iucunda labores.  
Sertaque cum multo laurea honore seres.  
Nec tibi sollicitum facundia Græca timorem  
Ingerat: eximium fundis ab ore melos.  
Si quis ad extremas te nunc transmiserit oras,  
Indica præcinget dulce corolla caput.  
Non te lucidior vincet carbunculus vñquam.  
Nec Paetolini splendida gemma vadi.  
Clara tibi Eoæ concedat gloria gentis,  
Et quæ frugiferis Memphis abundat aquæ.  
Tagus & auricomæ cedet decoratus arena.  
Splendebit toto nomen in orbe tuum.  
Talis eris cunctis, qualis rosa flore rubenti.  
Qualis in æthereo Delia clara polo.  
Aemule ne baubes, linguam compesce furentem.  
Nec nimium rabidis garrulus esto labris.  
Aut pete Tartareas (superis incognitus) vñbras.  
Et phlegetonæos labere adusque lacus.  
Atque illic potius lites, & iurgia misce.  
Et viuis pacem concubitare sine.  
Vtere si qua placent, nostros lacerare labores,  
Aut æde vtilius, define liuor edax.  
Andrea sic vocor, & (si qua est in nomine virtus.)  
Atque Placus, paruum vox nihil ista notat.  
Sic mihi, sic patribus nomen, quod forte placando  
Ingenteis stimulos vincimus inuiditæ.